Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



uisti tu cognouisti sessionem meam.
et resurrectionem meam. intellexisti ma
lu meum de longe. Semitam meam
et accubitionem meam uentilasti.
omnes uias meas intellexisti. quia non
est eloquium in lingua mea. Ecce
domine nosti omnia. retrorsum et ante
formasti me. et posuisti super me
manum tuam. Mirabilis scientia
a me excelsior est. non potero ad eam.
Quo ibo ab spiritu tuo. et quo a facie tua
fugiam. Si ascendero in celum ibi tu
es. si descero in infernum ad es. Si sumpsero
pennas diluculo. habitauero in nouis
simo maris. Etenim ibi manus tua de
ducet me. et tenebit me dextera tua.
Si dixero forte tenebre operient me.
nox quoque lux erit circa me. Nec te
nebre habent tenebras apud te. et nox
quasi dies lucet. similes sunt tenebre et
lux. Quia tu possedisti renes meos.
obtexisti me in utero matris mee.
Confitebor tibi quia terribiliter mag
nificatus es. mirabilia opera tua.
et anima mea nouit nimis. Non
est operta ossa mea a te. quod factum est in
abscondito. imaginatum est in nouis
simis terre. Informe adhuc me
uiderunt oculi tui. et in libro tuo omnes
scribentur dies formabuntur. et nemo in
eis. Mihi autem nimis honorabiles
facti sunt amici tui deus. nimis forte principatus

eorum. Dinumerabo eos et harena plu
riores erunt. euigilaui et adhuc sum tecum.
Si occidis deus impios. uiri sanguinum
declinate a me. Qui ciuitates tue scele
rate. elati sunt frustra aduersarii tui.
Nonne odientes te domine odiui. et
contra aduersarios tuos distabui.
Perfecto odio oderam illos. inimici
facti sunt mihi. Scrutare me deus et cog
nosce cor meum. proba me et scito cogi
tationes meas. Et uide si uia do
lus in me est. et deduce me in uia eterna.

Quinta feria sancti dominici. c. xxxxviii.

Eripe me domine ab homine
malo. a uiris iniquis eue
serua me. Qui cogitauerunt
malicias in corde. tota die ui
sum sunt pelis. Exacuerunt linguas
suas sicut serpentes. uenenum aspidum
sub labiis eorum. Semper. Custodi
me domine de manu impii. a uiro iniquo
eripe me. qui cogitauerunt supplantare gressus meos. Abscon
derunt superbi laqueum mihi. et funibus ex
tenderunt retia. iuxta semitam offen
diculum posuerunt mihi. Semper. Dixi
domino deo meo es tu. audi domine uocem
deprecationis mee. Domine deus fortitudo
salutis mee. protexisti capiti
meo in die belli. Ne des domine desi
deria impii. scelera eius ne effundas
tur. et exaltentur. Semper. Ad mandatum